



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à
Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem
Roschildiae initam, continuare coacta fuit**

Coyet, Peter Julius

[S.l.], 1658

Lit. P. Excerpta ex literis Beuningii d. 5. 15. ad Graphiarium Ordinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10534

Illud ipsum, quod in hac materia ad Vos huc usque perscriptum, super ejusmodi informatione fundatum est, ut firmiter eidem insisti possit, & per totam hanc septimanam, quantum quidem percipio, nihil amplius circa illud negotium contigit. Exinde nunquam non confido, S. Præpot. Celsitud. me certo affirmare posse, Regnum hoc nullatenus consensurum, ut in dictum fœdus aliquid influat, quod S. Præp. Celsit. detrimentum & offendiculum afferre ac præbere valeat, neque prius mehinc profecturum, quam S. Præpot. Celsitud. in hoc negotio penitus securas reddere queam. Id quod vel hac vice possem præstare, si certus forem, Suecos non extrema coactionis media adhibuituros, quibus Danos ad puncti istius, de exclusione navium peregrinarum bellicarum è mari Balthico, observantiam adigere velent.

Lit. P.

Excerpta ex literis Beuningii d. 5. 15. ad Graphiarium Ordinum.

Domine mi,

Post proximas meas literas die 8. hujus mensis ad Te missas heri à Tabellario ordinario S. Præpot. Celsitud. literas, & decretum de prima die currentis mensis recte accepi, quibus mihi injungitur, operam meam hæcenus adhibitam continuare, ut præcaverem, ne in heic quæsito fœdere inter Regna Sueciæ & Daniæ aliquid noxium Statui S. Præpot. Celsit. admitteretur. Ego sane nullatenus desistam, S. Præpot. Celsit. mandatis submissione debita me conformem exhibere, neque ut ego quidem confido, sine successu egregio heic occupabor, cum primarii Regni hujus Ministri sancte mihi polliceantur, nihil istorum à sua parte committendum, & quod Dominis Legatis Suedicis, qui hac hebdomade tentaverant punctum istum de exclusione peregrinarum navium bellicarum è mari Balthico articulis suis circa pacis executionem constitutis includere, à Commissariis hujus Regni id rotunde fuerit denegatum, cum reiterata & expressa declaratione, se hac in re in nihil aliud consentire posse, quam quod in Tractatu Pacis comprehensum esset.

Lit. P.

Literæ Beuningii ad Ordines, in quibus gloriatur se Suecos inter & Danos incundum fœdus impedivisse.

Celsi ac Præpotentes Domini,

Domini mei, Duo circiter præteriere menses, ex quo tempore Vestris Præpot. Celsitud. prævia humillima petitione mea, consentire placuit, ut post diuturniorem